Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 0.4 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



chiel

104

et in lateribus eius sicut te commutus es et dissolutus es renes eorum
propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego adducam super te gladium et
interficiam de te hominem et iumentum. et erit terra egipti in desertum et in solitudinem
et scient quia ego dominus. eo quia dixisti. fluvius meus est et ego
fecit eum. idcirco ecce ego ad te et ad flumina tua. dabo que terram egipti
in solitudinem gladio dissipatam a turre Syenes usque ad terminos ethiopie
Non pertransibit ea pes hominis neque pes iumenti pertransibit in ea et non
habitabitur quadraginta annis. dabo que terram egipti desertam in me
dio terrarum desertarum et ciuitates eius in medio urbium solitarum
erunt desolate quadraginta annis et dispergam egiptios in nationes.
et ventilabo eos in terris. quia hec dicit dominus deus. post finem quadraginta
annorum congregabo egiptios de populis in quibus dispersi fuerunt et re
ducam captiuitatem egipti et collocabo eos in terra phatures in terra nati
uitatis et erunt ibi in regnum humile et in omnibus regnis erit humilior et
non elevabitur ultra super nationes. et imminuam eos ne imperent gentibus
nec erunt ultra domus israhel in confidentia. doceans iniquitatem
ut fugiant et sequantur eos. et scient quia ego dominus deus. Factum
est in vicesimo et primo anno in primo mense in una mensis factum
est verbum domini ad me dicens. fili hominis Nabuchodonosor rex
babilonis seruum fecit exercitum suum seruitutem magnam adversus tirum
Omne caput decaluatum et omnis humerus depilatus est et merces
non est reddita ei nec exercitui eius de tiro pro seruitute quam seruiuit
adversus eam. propterea hec dicit dominus deus Ecce ego dabo Nabuch
odonosor regem babilonis in terra egipti et accipiet multitudinem eius
et depredabitur manubias eius et diripiet spolia eius et erit
merces exercitui illius et operi pro quo seruiuit adversus eam Et dedi
ei terram egipti pro eo quod laborauerunt mihi ait dominus deus. In illo pul
lulabit cornu domus israhel et tibi dabo os apertum in medio eorum
et scient quia ego dominus (Ezech. 29 vsque ad 30)

Factum est verbum domini ad me dicens. fili hominis prophetam
et dic. hec dicit dominus deus vlulate Ve ve diei quia iuxta est
dies. et appinquat dies domini dies nubis tempus gentium
erit et veniet gladius in egipto et erit timor in ethiopia cum cecide
rint vulnerati in egipto et ablata fuerit multitudo illius et destructa